



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

**XXXIV.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

tate Jesu Theologum , per quem à Divo Leopoldo Cæsare Augusto, istum antiquitatis thesaurum obtinuit , eum postea Regi Galliarum in grati animi tesseram obtulit.

Rector Universitatis † & proceres eleganti oratione Electori gratulantur , se atque Academiam Electori commendant. Pari elegantiâ respondet Elector , nec curae sibi tantum rem literariam futuram , † sed quantis etiam cunque impensis è pulvere , quo temporum injuriâ tecta jacuit , splendori pristino restituturum. Fidem dictis atque votis speratā dedit , postquam liberalissimis stipendiis , & vigilante curâ Academiam irrigavit , ut paulò post supra vota florere inceperit.

Monebant † transacta tempora , non solis promissis imperia stare , præterea ampliora Urbis munimenta videbantur , quam ut semper impleri præsidio ex Civitatis redditibus possent. Ideò Elector , quod jam ante sæcula Adalbertus (a) fecerat , arcem extruere , ex qua tam protegi adversus violentiam boni , quam contineri malii possent , ac montem S. Petri munimenti circumdare aggressus est. † Prosperius initis Princeps Monasteriensis , Christophorus Bernhardus ex Hungaria supervenit. Ibi annonæ præfectus exercitibus Imperii de comeatu prospexerat , Princeps Heroicis virtutibus , præsertim remilitari

XXXIII

*Universitas  
literaria E-  
ctoremxcii-  
pit.*

*Eandē Ele-  
ctor restau-  
rat.*

XXXIV

*Citadella Pe-  
trensis initi-  
atur.*

*Princeps  
Monasteri-  
ensis Elec-  
torem hic con-  
venit.*

(a) Vide supra ad Annum MCXXII.

*Elector iterum cives armat.*

litari per Europam celebris : Omni praesidio & Machinarum tonitru exceptus est: aliquot dies lætitiis insumptæ, præcipuum in nova munitione, suorum re votorum, delectamentum: posteà Westphalam repetiit: Elector † ut civibus suis ostenderet non Imperium sibi violentum, sed quod Clementiā consistit, placere, cives quæ reliquerant arma, resumere jubet, in foro convocat, paucis stipatus lustrat, † totque millenis inermis se credit, quibus anteà hostis videbatur; sed edocti jam de errore cives, quodque restiterint Principi, qui non libertati sed licentiae ponere modum voluisse Victor ostendat. Incredibilis hinc animorum conversio, nec reliqua veteris morositatis studia, nisi forte penes quosdam obscuræ sortis, qui bonis publicis offensi, in rebus turbidis delectamenta quaerunt. † Sic iterum unita Sedis Erfordia Erfordia. Cæsar, Reges, Principes Ead Electore lectori de felici successu gratulati sunt, eti gratulatio am privatos ad eundem ausum Electoris humanitas provocavit. At ille prospera omnia non suæ virtuti, sed benignitati Numinis imputavit. Festivos ignes, arcus, & Triumphantis decora vetuit, quod reduxisse cives, quam triumphasse videri mallet.

*VIX*  
*De unita Sedi Erfordia ad Electorem gratulantes.*

## XXXV.

*Elector Magistratus ordinat.*

*Vicedominus.*

Inter istos applausus non depositus Elec tor pro Rep. curam. † Ordinavit Magistratus: quæ statum concernunt, & publica, † Vicedomino commisit, datis in cura-

*VIX*  
*III*